Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Anno Domini M.CCCC. quinquagesimo quarto feria sexta in die S. Benedicti Dnus Simon Heynel Prepositus Monasterij B. Marie Virginis in Neuburga claustrali ad mandatum Reuerendi in Christo Patris et Domini Velalricii Nusdorffer Patauiensis Episcopi. Et cum consensu sui Conuentus dedit Nouilijs aperta Sarrocia secundum consuetudinem ac morem aliorum monasteriorum que antea secundum nostra statuta ob eisdem non fuerint pondata.

Anno. M. CCCC. uigesimo octauo Schisma fuit in Austria et dissensio inter Leonardum Laymir Episcopum Patauiensem et Albertum Ducem Austrie. Eodem anno haeretici Hussita egressi et Bohemia ad terram australem inestabilia mala perpetrarunt, qui quasi omnes villas nostri Monasterij combusserunt, sed et Eclia quamplurima trans Danubium igne consumpta sunt. Eodem anno terra trans Danubium fuit valde sterilis, sed uinum creuit in magna abundantia.

Hartman.